Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift



enī uus lib

Illa omnipotens quę absq; necessitate omnia certauit. et sine despectu omnium presidet. et sine labore cuncta sustentat. et sine occupatione regit. et iam sine commotione corrigit. Sicq; humanas mentes ad ea quę noluerit flagellis format. ut in diuersitatis umbra. a suę incommutabilitatis luce non transeat.

Sequitur. Respondens satan ait; pellem pro pelle. et cuncta quę habet homo dabit pro anima sua; Aliquin mitte manum tuam et tange os eius et carnem. et tunc uidebis qd in facie benedicat tibi.

Antiquus hostis certibus exterioribus colligit. qd beato uiro ad menus crimen infligit. Pellem enim pro pelle dari asserit. quia sepe dum uenire iectum contra faciem cernimus. manum palpebris opponimus. ut abiectu oculos defendamus. et corpus uulneri obicimus. ne in corpore teneriori uulnerem. Satan igitur hęc consuete fieri sciens dicit. pellem pro pelle. et cuncta quę habet homo dabit pro anima sua. Ac si apte dicat; Iccirco iob. tot extra se flagella aequanimiter patitur. qa parum et nepsa feriatur. Cura igitur eius carnis. qd damno affectuum carnalium motus non est. quia dum sibi ma ipsi metuit. minus suę percussiones sentit. Unde et mox et carnem feriendam postulat dicens; mitte manum tuam et tange os eius et carnem. et tunc uidebis qd in faciem benedicat tibi. Superius dixerat. cuncta tange quę possidet. et tunc uidebis qd in facie benedicat tibi. ne quasi prioris propositionis oblitus factus. de alius alia postulat.

Quod tamen recte diuina dispensatione permittitur. quatenus altercator impudens. uel sepe uictus obmutescat. Sequitur. Dixit igitur dns ad satan; ecce in manu tua est. uerumtamen animam illius serua.

Ecce iterum permissionem uerberis. comitatur custodia protectionis. et dum suum diuina dispensatio custodiendo deserit. deserendo custodit. Alia illi prodit. alia protegit. si enim totum iob deseruerat. in manu tamen aduersarii homo qd esset. In ipsa igitur iustitia permissionis miscetur. et iam libra piietatis. quatenus in uno eo